Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

in scriptura quod ipsum verbum omnia facit. Cum dicit david. Initio tu domine terram fundasti. et opera manuum tuarum sunt celi. Quod autem hoc de ingenito dixit: addiscet ab apostolo. utente hoc verbo in epistola ad hebreos. de filio. Si vero de patre hoc prophetam dixisse dicas: paulum vero filium adaptasse: idem fit rursus. Neque enim filio id convenire dixisset: nisi vehementer confideret. quoniam que sunt dignitatis celsiora unita sunt utrique. Si rursus per ipso subiectionem aliquam tibi videtur inducere: cur paulus eam de patre ponit. Fidelis inquit deus per quem vocati sumus in societatem filii eius. Et item paulus apostolus per voluntatem dei. Orig. Errant etiam in hoc. Valentinus dicens. verbum esse quod mundane creationis prestitit causam conditori. Si sic se habet veritas rei per ut ipse intelligit: oportebat scriptum fore per creatorem universa consistere a verbo. Non autem ex contrario per verbum a creatore. Crisos.

Et sine ipso factum est nichil.

Et non estimes cum dicat omnia per ipsum facta sunt: illa omnia solum dicere eum que a moyse dicta sunt: convenienter inducit. Et sine ipso factum est nichil. Sive visibile quid. sive invisibile intelligibile. Ut autem. Nec hoc quod dixit. omnia per ipsum facta sunt. de signis sufficeret [hole] nunc dicit. de quibus reliqui evangeliste locuti sunt: inducit. Et sine ipso factum est nichil. Hylarius. Ut autem. Dicetur hoc quod dicitur omnia per eum facta sunt: non habet modum. est ingenitus: qui factus a nemine est. Est et ipse genitus ab innato. Sed dedit auctorem cum socium professus est dicens. Sine ipso factum est nichil. Cum enim nichil sine eo: intelligo non esse solum quia alius est per quem: alius sine quo non. Orig. Ut autem. Ne existimaret ea que per verbum facta sunt. per se existentia. non contenta a verbo.

In omel.

autem. Et sine ipso factum est nichil. Hoc est. nichil factum est extra ipsum. quia ipse ambit omnia conservans ea. Aug. Ut dicens. Sine ipso factum est nichil: nullo modo ipsum factum esse suspicari debere credant. Quo enim potest dici ipse esse factum: cum nichil dicatur deus sine ipso fecisse. Orig. Ut autem. Si omnia per verbum facta sunt: de numero vero omnium est malicia et totus fluxus peccati. et hec per verbum facta sunt. quod est falsum. Quidam igitur ad significata nichil et non ens. unum sunt. Videtur autem apostolus non entia prava dicere. Vocat inquit deus ea que non sunt tamquam ea que sunt. tota quod putas nichil dicendum absque verbo factum esse. Aug. Peccatum enim non per ipsum factum est. et manifestum est quia peccatum nichil est. et nichil fiunt homines cum peccant. et ydolum non per verbum factum est. habet quidem formam quandam humanam. et ipse homo per verbum factus est. sed forma hominis in ydolo non per verbum facta est. Scriptum est enim. Scimus quia nichil est ydolum. Ergo ista non sunt facta per verbum. Sed quecumque facta sunt naturaliter. universa natura rerum. omnis omnino creatura ab angelo usque ad vermiculum. Orig. Valentinus autem exclusit ab omnibus per verbum factis. que sunt in seculis facta. que credit ante verbum extitisse. preter evidentiam loquens. Siquidem que putantur ab eo divina removentur ab omnibus. que autem ut hic ipse putat penitus destruuntur: ut dicit omnia. Quidam etiam falsi sunt dyabolum non esse creaturam dei. In quantum enim dyabolus est: creatura dei non est. Is autem cui accidit esse dyabolum: divina est creatura. ac si diceremus. homicidam creaturam dei non esse. cum tamen in eo quod homo est: creatura dei est. Aug. Non sunt ergo audienda deliramenta hominum: qui nichil hoc loco ad intelligendum putant. quia ipsum nichil in fine sive positum est. Nec intelligunt nichil interesse utrum dicatur. Sine ipso nichil factum est. an sine ipso factum est nichil. Orig. Si autem accipiatur verbum pro eo quod in quolibet hominum est. quia et ipsum insitum est cuilibet ab eo qui

De quo. no. et (ne. t.)

Sr. ioh.

Sr. ioh.

De natura boni.